



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Theologia Germanica**

**Châteillon, Sébastien**

**[S.I.], 1558**

Capvt XVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54866](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-54866)

tex non renunciat, eamque derelinquit, & perdit, nō est me dignus, nec esse potest meus discipulus. quorum eius verborum sensus hic est : Qui non omnia relinquit & perdit, is me nunquam verè cognoscere, neq; ad meam vitam venire potest. Ac licet hoc hominis ore dictum nō fuisset, dicit tamen idē veritas per seipsam. est enim hoc ipsa veritate verum. Verūm quandiu homo partē & portionem, & maximē seipsum amat, idq; tractat, & in pretio habet, adeò cæcus est, & cæcus efficitur, vt nullum bonum norit, nisi quod sibi suisque utilissimum, accommodatissimum, iucundissimumq; sit. Hoc inquam optimum dicit, habetq; charissimum.

## CAPUT XVIII.

**I**gitur quoniā vita Christi est omni naturæ ipsitati & egoitati acerbissima : propterea ad veram vitam sapientiæ Christi, oportet omnem ipsitatem, etiam inuidiæ egoitatem, & naturā relinquendi, perdi, saepe atque mori : propterea abhorret cuiusque natura ab hac vita, eamque opinatur esse malam, iniustam, & stultam.

*Christi**vita humanae**sapiens**tiæ inuidiæ**egoitatem**sa est.**atque mori:**propterea abhorret**cuiusque**natura ab hac**vita, eamque**opinatur esse**malam, iniustam, &**stul-*

## THEOLOGIA

stultā: & sibi vitam asciscit, quæ ip̄sī accommoda sit, & iucunda: & hanc (ea est cæcitas) dicit esse omnium optimam. Vides nullam esse vitam, quæ naturæ ita congruat, itaque iucunda sit, quam liberior dissolutaq; vita. Itaque huic adh̄eret natura, sequere ipsa, & sua ipsitate fruitur, & sua ipsius pace & tranquillitate, & porro omnibus suis. Atque hoc in ijs potissimum accidit, in quibus inest excellens ratio naturalis. Hæc enim ita altè in sua ipsius luce, & in seipsa scandit, ut putet seip̄sam esse æternam veramque lucem, seq̄ ipsam pro ea venditer: & à seip̄sa decepta, alios vñā secum decipiat, qui & meliora nesciunt, & ad id insuper propensi sunt.

## C A P V T X I X .

*Christia  
ni stat<sup>o</sup>  
est inef  
fabilis.* **H**Ic quæret aliquis: Quo' nam in statu sit homo, qui veram hāc lucem, quoad eius fieri potest, sequatur? Cui ego respōdebo: Id nunquā profectò recte dici posse. Cur tandem? Quoniam qui id non est, id dicere non potest: & qui id est atque nouit, is quoque id dicere non potest.